

Inscript.  
CONSTANTINI HUYGENII.  
a Zulichem  
PARERBA FRANCICA. (483)

Comiti de Brienne Fil.  
cum ei mitterem  
Drelincourtii Abregé  
des Controverses.

quod me a novitio, quem vocas cultu auocare conatus  
Illustrissima Brienne, fecisti In quidem pro sin-  
gulari benevolentia, quâ te me complecti nisi dudum  
intellecerim, inter ingrattissimos hominum censendus sim  
aut certe si malitiam demas, inter omnium stolidissimos  
quam ob rem cum et modestè mihi sic de me sentire liceat,  
ut statuere ausim nihil cause esse cur vel odio tibi sim,  
vel contemptui, superest ut quicquid hoc est officii, sic te  
facere agnoscam, quasi mei miserum et fraternè revocan-  
tem a viâ deuinum, ut opinari, et cum antecedentium  
grege aberrantem. Pro cuius beneficii gratiâ non inveni  
quod red hostiam, nisi tua tibi verba reddi pateris ab  
homine Batavo, id omnis fuci nescio et expertus, et cui nil  
sit in votis ardentius ut a verè novitio omni cultu tute  
possis auocari. Tuis inquam verbis te compellatum venio  
quid autem tuis? quin Tuo ecce, et nec tuo quidem, sed  
divino. quod mihi cum et suâ simul dignitate et magni-  
ficentia digno cultu foris exornatum, humanissime  
obtuleris, quanto mihi in prætiò sit minus omni mu-  
neris prætiosius, non est quo te evidentius doceam,  
quam si ex verò simplici et genuino ejus usu palam  
fecero, quam id omne quod inter nos Novitium esse  
dicitur plures quam ducitis, ne latum unguem quidem  
discedere ab omnium sacrorum integerrimâ vetustate,  
cum quâ si conferas vestram illam infinitam molem  
ἐὶ δελοθε γοκείας, hoc ipso verbo tam severe prohibita  
ipsa convincet ratio, ipse sensus, novitiam novi-  
tatem esse, quâ pro nostro cultu vester manifestè  
laborat, et pau latim inter hanc Romanam, et proinde  
(si quid Græcè intelligo), non Catholicam Ecclesiam,  
et prismanam illam, cui Gentium illusterrimâ  
Apostulus mirabilem epistolam inscripsit, tantum  
discriminis

Discriminis obrepisse, ut eam, si resurgat vir sanctus  
 non magis agiturus sit, quam quis in Theatro personam  
 tum histrionem. Facit huc, libellus iste, Vir Amice  
 et facturus est affatim si vel desultoria illum inspicias  
 aut captim evoluis. Incides enim ubique in ealocia  
 qua te ejusdem diligentia admoncant, quam nescio  
 meminere laudi datam Nobilissimi Thesalonicensium  
 de quibus scriptum est  $\epsilon\tau\iota\ \epsilon\delta\epsilon\lambda\epsilon\gamma\alpha\nu\ \tau\omicron\ \tau\omicron\ \chi\omicron\upsilon\gamma\omicron\nu\ \mu\epsilon\tau\alpha\ \tau\omicron\ \eta\alpha\ \sigma\iota\gamma\omicron\varsigma\ \pi\epsilon\omicron\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma\ \tau\omicron\ \kappa\alpha\ \delta\iota\upsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha\ \nu\ \alpha\upsilon\alpha\kappa\epsilon\iota\upsilon\upsilon\tau\epsilon\varsigma\ \tau\omicron\ \varsigma\ \tau\omicron\ \gamma\epsilon\alpha\phi\alpha\varsigma,\ \epsilon\iota\ \epsilon\chi\omicron\iota\ \tau\omicron\upsilon\tau\alpha\ \omicron\upsilon\tau\omega.$  Occurrit hinc mihi Græca  
 dictio, cui nosti me addictum esse. Eandem ex tuo tibi  
 Codice sic Latinam repræsentato. Suseperunt verbum cum  
 omni ~~hanc~~ ~~habita~~ ~~arbitratur,~~ ~~quotidie~~ ~~scrutantes~~ ~~scripturas~~  
 si ~~hanc~~ ~~habita~~ ~~se~~ ~~habere~~nt. Id unum si a te obtineo, nimirum  
 ne hoc captim quoque et desultoria, sed ~~arbitratur,~~ et  
 qua summa rei est  $\tau\omicron\ \kappa\alpha\ \delta\iota\upsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha\ \nu$ , factites, certus  
 sum, qua tua est ingenii perspicuitas et animi, quod  
 pluris facio, generosissimus candor, tantum tibi lucis  
 ab ista luce affulsurum, tam familiarem brevi ac  
 perspectam fore verbi divini phrasin, ut nullo  
 deinceps negotio percepturus sis, ubi nam illa lateat  
 quam refert omnes aversentur Novitii cultus cor-  
 ruptela. Facit Deus ut hæc occasio me  
 quantumvis debili manu ductore, eo te contendendi impe-  
 tus capiat, quæ (verbam A. Seneca sunt, quæ me  
 Bibliis meæ inscripsisse olim non improbasti) nisi  
 admitteremus, non fuerat opera pretium nasci, vale  
 meum decus, et ab homine peregrino, exiguum mole  
 munusculum sed usu magnum, unâ cum hæc  
 innata genti  $\pi\alpha\epsilon\lambda\eta\sigma\iota\alpha$  boni consulte. Lutetia  
 Paris: VI. Id. Sent: CIOICLXII.

Comiti Brienne  
 Fil.

Illustrissimo viro.

D. Henrico Ludovico Comiti  
 Briennæ.

C. Hugonius à Nijlichem.

(484)

Quod angurabar non ita pridem, coepit modo accidere  
 me invito ac dolente: quæ meo Principi injuria  
 sit. Ecce jam nunc optimi maximi Regis tui damno  
 cedit. Inspice, te quaeso, hanc epistola laciniam  
 quam de vernacula vestra tem feci, ut nulli non  
 populari tuo innotescat, is vero præcipue, qui ad  
~~Remp~~ Republicæ clavum admoti opportunas  
 fandi